



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

B. Ioannes Micon n. 38

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

frano Monacho Hieronymiano, ad finem Tomi 1. in Euangelia Quadrages. fol. 741. col. 2. ubi postquam Ignatium, Patrem coruscum vocat, & refulgentes eius filios mutatos in Sydera cælitus illuxisse, asserit, statim subdit: Ignatij Societas, vt Moyses ex aquaeducta: illius Proteatrix B. Maria: illius Duces IESVS, & MARIA: in Concilio Tridentino cælitus producta, cuius scopus ad Maiorem Dei Gloriam: Cuius filij honorum refugia; sapientiæ Templum, Religionum alma Prens, Diaboli occasus, luci dedicata totius orbis illustrans oras, lingua salutaris, pennæ salutares, Sacrarium scientiæ, intellectus perspicax, &c. Hæc vir doctissimus, magnusque Societatis, ac Sociorum encomiastes.

Ignatium coruscum Prens, fidei filij. Societas, vbi Moyses ex aquiseducta. Eius Duces, IESVS, & Maria. Varia Sociorum ac Societatis encomia.

A DOMINICANIS.

38. **A**B. IOANNE MICONE Micante Ecclesiæ fidei, doctissimo B. Mico Societati egregie fauente. *mo aequè ac Sanctissimo Theologo, qui perditos interdum homines implicatissimæ conscientie, cum sani esse cœpissent, & suos mores componere animum induxissent, auxiliij consilijque causa mittebat ad Nostros, maiori cum Societatis laude, quam referre modestum sit. Is magnoperè Societatis existimationi, dum à maleuolorum obtrectationibus eam vindicat, & eius palam vsu, crebraque consuetudine retinetur, sua auctoritate consuluit. Omnino delectabatur Sanctissimus senex nostris rebus, nostrisque progressibus, perinde ac si vnus aliquis de nostris esset: & fieri rerum omnium particeps accuratè volebat, que tota Societate, præsertim apud Indos gererentur. Insignis vir ille fuit, & illius decus ætatis, quem miraculorum commendatione Sanctitas illustrata Beati vocabulo decorauit. Sic refertur Par. 1. Hist. Soc. lib. 14 num. 70.*

39. **A**B. LVD. BELTRANO: Qui haud dissimili & animo erat, & patrocinio ex eodem Sacro Prædicatorum Ordine, alterum Valentie per id tempus lumen. Quorum quo conspectior auctoritas erat, cum sua luce, tum splendore per tot sæcula corruscans.

Itemque B. Beltrano.